



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

De Exordio ex abrupto. Cap. XLIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](#)

da est, & firma fides, & anima deuota, quæ ad præsentis mortalitatis copiā non mouetur, sed tanquam petra for-  
tis & stabilis, turbidos impetus mundi, & violentos seculi  
fluctus frangit potius ipsa, nec frangitur, nec probationi-  
bus conuincitur, sed probatur; tamen quia animaduerto  
in plebe quosdam, vel infirmitate animi, vel fidei pauci-  
tate, vel dulcedine secularis vitæ, vel sexūs mollitie, vel,  
quod maius est, veritatis errore, minus stare fortiter, nec  
pectoris sui diuinum atq[ue] inuidum robur exercere; dis-  
simulandares non fuit, nec tacenda, quo minus, quantum  
mediocritas nostra potest, vigore pleno & sermone de  
Dominica lectione concepto, delicata mentis ignavia co-  
primatur; & qui homo Dei & Christi esse non cœpit, Deo  
& Christo dignus habeatur. Modesta illa laude beneuo-  
lentiam, distinctiōe auditorum, mortalitatem illam ini-  
quo animo diuersis ex causis ferētium, docilitatem; cùm  
disimulandam non esse illam rem dicit, attentionem sibi  
conciliat.

## De Exordio ex abrupto.

Cap. XLIX.

**I**NTERDV M ex abrupto est exordiendum, vt fecit  
S. Ioānes Chrysostomus in sermone de decollatione S.  
Ioannis Baptistæ, hoc modo: Heu me quid agā? vnde ser-  
monis exordium sumā? quid dicam? nō enim ego tantum  
in stupore mentis factus sum, sed, et omnes qui audierunt  
Euangelij vocem, & mirantur tecum vel Ioannis con-  
statiā, vel Herodis leuitatem, vel impiarum mulierum  
feruidam dementiam: quid enim audiuius? Herodes,  
inquit, appræhensum Ioannem posuit in custodia; quam-  
obrem? propter Herodiadem uxorem fratris sui.

De